

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Speculum viduarum oder: Widwen-Spiegel, in welchem  
der Widwen vielfeltiges Elend, heilsamer Trost ...  
beschrieben werden ...**

**Gilbert, Jacob**

**Braunschweigk, 1613**

Ad lectorem

[urn:nbn:de:bsz:31-127453](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127453)

## AD LECTOREM

Hunc quæ lecturo sit expectanda libellum,  
Ne velut in tenebris Methodo sine forte vagetur.  
Mente sed ut memori benè lecta reponere possit,  
Est vidua, vitæ thalami consorte carentis.

CRLX primò | dein Consolatio | deniq; Virtus |

Brevis summa.

1 ELIAM præfatio habet, 2. VIDUAMq; Sarepta.

Sunt in eo scitu tria, sunt & digna relatu,

1 Quod fuerit celebris summâ virtute Propeta.

Quanquam veridicis oracula vocibus edens  
Edidit & virtute Dei miracula plenus:

2 Non tamen absq; iugo vixit crucis ille prementis,

Ceu plerunq; pios crux arumneq; fatigant,

3 Quem verò non destituit solamine vivo

Tristia solantis, Superùm Rex, pectora Flatus,

Et compensavit multâ mercede dolores.

Hinc triplex doctrina fluit velut ubere fonte,

1 Concernens alios cœlestia iussa docentes,

Qui si sinceri, si corde & voce fideles,

Quod sint excellens, Jovis & pernobile donum,

Argento, gemmis, s' bavo quod præstat, & auro.

Hinc

Hinc quâ sorte patet, quâ fortunaq; fruantur,  
 Pectore qui fido sacri myſteria verbi  
 Pandunt quiq; minus, cum propria commoda querunt.  
 Premia que maneat illos, ceu debita merces,  
 Qualis & hos tacito à tergo pede pœna ſequatur.  
 β. In trifti VIDUA tria ſuntq; notanda SAREPTÆ:  
 Pauperies ſub quâ durâ ceu mole fatiſcit,  
 Eſt contempta, tamen vivâ virtute refulget,  
 Premia cui ſua ſunt; & conſolatio viva,  
 Cum res adverſas Flatus ſolamine vincit.  
 Hinc ærumnarum viduæ mare profluit amplum,  
 Et que confuſam firment ſolatia mentem,  
 Et viduata viro queis ſit virtutibus aucta.  
 De tribus hic agitur breviter præſente libello.

12

3

1

2

3

1

2

3

### TABULA SPECULI VIDUAE.

Eſſe ſtatus hominum triplices, ex fronte libelli  
 Huius præſentis conſtat, talesq; manebunt,  
 Machina dum mundi ſubitos ſubſidat in ignes:  
 Virgineus ſtatus eſt primus, ſtatus eſtq; Jugalis  
 Alter qui letus, Vidualis deniq; mœſtus.

Continet hoc ſpeculû viduæ tria ſpecula viciffim:  
 1. AERUMNÆ ſpeculum, 2. Speculum Solatii, & inde  
 3. Virtutum ſpeculum, queis ſit coſta orba marito  
 Exornata ſuo, ceu gemmis quas tulit Indus.

e3

Ex-